Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169659-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169659-p0002-8

Pro. 17. num. 5.
1746, 8
21

DISSERTATIO IVRIS GERMANICI

DE

# NATVRA ET INDOLE REMEDII DEVOLVTIVI ADPELLATIONIS IN GERMANIA ALIISQVE PROVINCIIS

QVAM

*AVSPICIIS DIVINIS*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

## ERNESTO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQVA
D. IMPERAT. AVG. SVMMO TOTIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTO AC LEGIONIS EQVESTRIS ITEMQVE PEDESTRIS TRIBVNO

CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

*PRAESIDE*

IOANNE IACOBO SORBER
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE

AD D. II. NOV. CIↃ IↃCC XXXXVI.

ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

*AVCTOR*

CHRISTOPHORVS LVDOVICVS BEPLER
WETZLARIENSIS.

IENAE EX OFFICINA RITTERIANA.

KŒNI FRIED UNIVERS. ZV HALLE

# CAP. I.

## DE
## VSV ATQVE PRAESTANTIA ADPELLATIONVM PENES VETERES GERMANIAE POPVLOS AB IIS TEMPORIBVS, QVVM IVRA SCRIPTA SIBI FORMARE COEPERINT.

---

### CONSPECTVS DICENDORVM.

§. I. OSTENDITVR, *maiores noſtros omnes auertere aeque ac exſtirpare ſtuduiſſe fraudes, circumuentiones atque delicta.*

§. II. *Explanatur, Teutones deſtitutos non fuiſſe iudiciis.*

§. III. *Nec iudicibus.*

§. IV. *Adeoque nec ſententiis.*

§. V. *Id quod demonſtratur per formulas adductas.*

§. VI. *Iudices non ſemper impleuiſſe munera ſua in ſententionando, exponitur.*

§. VII. *Num aetate Iulii Caeſaris et Cornelii Taciti in vſu fuerint prouocationes ad ſuperiores inſtantias ob illata grauamina? disquiritur.*

§. VIII. *A Seculo V. vsque ad IX. non infrequenter exſtiterunt adpellationes.*

§. IX. *Declaratur, in omnibus rebuspublicis ſummae neceſſitatis eſſe adpellationes.*

§. X. *Intentio auctoris exhibetur.*

§. XI. *Prouocationes penes Francos vſitatae contemplantur.*

§. XII. *Immo et aliarum gentium germanicarum.*

§. XIII. *Germani ab inſtantia ad inſtantiam proxime ſequentem prouocarunt.*

§. XIV. *Allegatur, Teutones quoque ad conuentus publicos prouocaſſe.*

§. XV. *Quod ulterius deducitur.*

## §. I.

TESTIMONIVM ſcriptorum, quibus fidem denegare haut poſſumus, inuictiſſima exhibent argumenta de maiorum noſtrorum ſolicitudine, obuiam eundi actibus maleuolis popularium. CORNELII TACITI *de M. G. cap. XII.* enarratio minus ſuſpecta quemlibet docebit, quibusnam coërcitionibus facta delinquentium abominanda reſtringere penitusque exſtirpare fuerunt ſolliciti Teutones. Quae, quum nullis ſubiecta ſint dubitationibus, non improbo iſtorum ſententiam, qui eumdem induſtriae gradum quod ad negotia obuenientia ciuilia iis adſcribere non erubeſcunt. Manifeſte de eo teſtantur iudicia, quibus Germanos non fuiſſe deſtitutos, ſcimus cum ignariſſimis. Quidnam vero profuiſſent iudicia absque iudicibus, immo quaenam ſperari potuiſſent incrementa, ſi iudices non ſtuduerint, terminandi lites ope ſententiae!

## §. II.

Iudicia adgnouiſſe Germanos, nullus non fatebitur, niſi qui notiſſimas inficiari conaretur iuris germanici doctrinas. Conuentus populorum Germaniae, quos ſub diuerſis adprehendimus denominationibus tum aetate regum Merouingicae tum Carolingicae ſtirpis abunde teſtantur de iudiciis, quae olim ſub dio et libero aëre fuiſſe habita, nemo mirabitur, cui incognitae non ſunt maiorum noſtrorum conſuetudines in co-

gendis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169659-p0006-1

gendis comitiis et congregationibus tam particularibus quam generalibus.

§. III.

Sed et quid omnibus hiſce fuisſet opus, ſi habilibus caruisſent iudicibus, quibus legitima causſarum controuerſarum deciſio committi haut potuerit. Profecto, iuris patrii perito nulla vmquam deerit occaſio, ex genuinis demonſtrandi fontibus, Duces, Principes, Comites, Scabinos alioſque occupasſe locum iudicum adſesſorumque in Germania antiqua. Conf. CAESAR *de bello Gall. lib. VI. cap. XXIII.*

§. IV.

Quo magis itaque Teutones de eligendis magiſtratibus in conuentibus ſuis publicis omnem adhibuerunt curam, creatosque ſumma proſequuti ſunt veneratione, vt nihil proponere auderent, antequam veniam loquendi impetrauerant; LEX SALICA *tit. LIII. §. II.* Eo magis adierunt iudices, vt litibus ſuis finem mediante ſententia imponere non recuſarent. Clare id monſtrat LEX RIPVARIORVM *tit. LV.* formula ab implorantibus recitata: *Ego vos tangano, vt mihi* LEGEM DICATIS.

§. V.

Multis praeter ea, ſi opus esſet, praeclaris docere posſem exemplis, e quibus ſufficienter eluceret officium iudicum electorum in condemnandis vel abſoluendis reis poſt rite peractas probationes obſeruandum, niſi res ipſa omni careret dubio. Vnicum, vt mihi ſaltim adducere liceat momentum, procesſus a Saxonibus olim obſeruatus ſub adpellatione *des Richtſteigs* aliaque iuris patrii monimenta nobis exhibent formulas: *Ein*

*Orteil vinden*, cui opponebatur, *ein Orteil ſchelden*, quae nihil aliud indicant, quam inuenire atque ferre ſententiam et ab ea ad proxime ſuperiorem inſtantiam ob grauamina cuidam partium litigantium illata prouocare. Vtrumque probat IVS PROVINCIALE SAXONICVM *lib. II. art. XII. Schephenbare Lute muzen wol* VRTEIL VINDEN *uber jecligen Man. Ez en muez aber uf ſie nieman* VRTEIL VINDEN *daz an ir Lib oder an ir Ere oder an ir Erbe gat. Noch* VRTEIL SCHELDEN *he in ſi in ebenburtig.*

§. VI.

Quum igitur iam dicta cum veritate perquam adcurate conſpirent, ideo facile erui poterit argumentatio, in Germania quoque exſtitiſſe perſonas iudicantes principales, quorum pronunciatae ſententiae non ſemper ſecundum iura, acta et naturam actionis erant compoſitae, id quod congrue eruendum ex formulis antea ſuppeditatis. (§. V.) Quae, quum ita non eſſent, cur tam frequenter mentio facta fuiſſet in collectionibus legum germanicarum dictionis: *Ein Orteil ſchelden*, quae ſecundum cordatiorum pronunciata denotat, prouocare ad ſecundam inſtantiam mediante remedio deuolutiuo.

§. VII.

Attamen, priusquam vlterius themati meo electo per legitimas inhaereo lucubrationes, primitus ſatisfaciendum eſſe puto quaeſtioni: Num aetate Iulii Caeſaris et Cornelii Taciti Germani vſi fuerint prouocationibus ad iudices ſuperiores declinandorum grauaminum cauſſa a iudicibus prioris inſtantiae vni alteriue parti litigantium per ſententiam latam inflictorum? Quodſi affirmatiue decidere, mihi eſſet animus, non abſque

ratione

ratione a me exigi poſſet legitime ſuſcepta probatio, neminemque ea de re coarguendum eſſe exiſtimo, ſi ſufficientem expoſcere conaretur demonſtrationem. Ne itaque cauſſa caderem, malui tamdiu abſtinere a coniecturis, quamdiu ſe non exhibuerunt ſigna integriora, vt mentem meam quod ad propoſitam theſin diſtincte nullisque amplius ſubiectam dubiis declarare valeam. Et quamuis haut ignoro, maiores noſtros admodum iuſtitiae fuiſſe deditos, nec vix probabilitati conuenire, illos iniquas aeque ac iniuſtas toleraſſe ſententias: Nihilominus iudicium meum propter ea ſuſpendere volui, hancque ob cauſſam adſtipulor IO. GOTTLIEB HEINECCIO *in Elem. iur. germ. lib. III. tit. VIII. §. CCLXXXVIII.* dicenti: *Equidem qualis Taciti temporibus fuerit adpellandi impugnandique ſententias ratio, vix hodie conſtat, quum tam pauca ſint, quae ille de Germanorum iudiciis prodidit memoriae, vt accendiſſe magis doctorum virorum ſitim, quam reſtinxiſſe, videatur.*

## §. VIII.

Hoc interim non diffiteor, me eo minus errores commiſſurum, ſi meas dirigo cogitationes laboresque quod ad praeſens caput ad leges veterum Germanorum a ſeculo quinto vsque ad nonum conſcriptas, vtpote quae nemine forſitan haeſitante maiorem accendent lucem de adpellationibus, quibus fruebantur Teutones, quatenus ſedes ſuas antiquas aut conſeruarunt, aut per migrationes alias petierunt terras.

## §. IX.

Antequam vero promiſſa impleam, non poſſum non libere fateri, impenſe mihi placere IO. GOTT-

LIEB HEINECCII *Elem. iur. germ. lib. III. tit. VII. §. CCLXXXVII.* ſententiam erudite ſcribentis: Adpellationes ſummae in omnibus rebuspublicis eſſe neceſſitatis. 1) Ob iudicum quandoque incuriam in ferendis ſententiis admiſſam. 2) Propter iram, miſericordiam, amorem, odium, inuidiam aliosque adfectus dominantes, quibus in iudiciis aliquando indulgeri, ſat eſſe notum. Ex quibus deinde iuſtis ex cauſſis concludit, nullam fere fuiſſe gentem, quae iudicum arbitrio permiſerit, proprio iudicandi Marte, ſed litigantibus potius dediſſe licentiam, per idonea vtiliaque media impugnandi iudicum ſententias, quantumque erit, ab iis auxilio adſiſtentiaque ſuperioris recedendi, E. et Germanos.

§. X.

Iam operae pretium eſt, legitime indagare Teutonum mores quod ad remedia, quibus adgredi conſueuerunt ſententiam grauantem. Inter alia eminet adpellatio, de qua, non vero de reliquis mihi commentandi de praeſenti eſt animus. Gentes, quas prouocationibus fuiſſe vſas, recordor, fuſe recenſere non autumo, quum alii iamiam huiusmodi deſideriis pereruditis ſcriptis obuiam iuerint. Ne autem omnes totali praetereams ilentio, ſequentia, vt notes velim B. L., contendo.

§. XI.

De Francis conſtat, ipſis placuisſe modum prouocandi ad Misſos dominicos, quorum munera aetate Carolingorum, adeoque non prius prouocationes ad illos inualuisſe docuit Dn. PRAESES *in comment. ſua de comitiis veterum Germanorum antiquis P. I. cap. IV. §. XCI. et P. II.*

*et P. II. cap. IV. §. CCLII. ſeq.* deinde ad comites palatii et tandem ad regem, de quibus fuſe diſputarunt b. HEINECCIVS *in Elem. iur. germ. lib. III. tit. VIII. §. CCXCI. ſeq.* et GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMER *in diſſ. de prouocationibus iuris germanici cap. I. §. VII.*

§. XII.

Plura de gentibus Germaniae eorumque conſanguineis ex illorum ſcriptis legibus v. g. Ripuariorum, Langobardorum, Saxonum, Sueuorum, Burgundionum, ex lege Salica etc. proferre potuiſſem, quomodo iniquas atque iniuſtas ſententias declinare intenderint per remedia deuolutiua. Aſt, quum viri in orbe litterario celeberrimi doctiſſimis explanationibus iam dicta ex genuinis fontibus exhaurire curarint, hinc multis non moror. Conf. Excell. CHRISTIANI HEINRICI ECKHARDI *diſſ. de iure vtendi leuterationis vel ſimili remedio ſuſpenſiuo ſi adpellationi renunciatum eſt.*

§. XIII.

Hoc interim certum, maiores ſententiis latis grauatos per ſaltum non adſcendiſſe in continenti ad iudicium ſupremum, ſed ab inſtantia ad inſtantiam migrare conſueuiſſe, (§. XI.) ſatis adparet ex CAPITVLARIBVS REGVM FRANCORVM *lib. II. §. XXVI. lib. III. §. LXXVII.* et *lib. V. §. CCXLIII.* in quibus declaratur, adpellationes fuiſſe directas ad miſſos, comites palatii et reges; Attamen, quum infra plures ſubiungere probationes mihi propoſuerim, pedem hic figo.

§. XIV.

Praeter iam indicatas inſtantias, priſcos Germanos aliud adhuc immo maius adgnouiſſe iudicium, ad quod prouo-

prouocarunt, probabile mihi videtur. Vnde me coarguendum non eſſe exiſtimo, quando adſtipulari conor diuinationi HERMANNI CONRINGII *in diſſ. de iudiciis veterum Germanorum §. XIV.* quam hiſce recenſet verbis IO. GOTTLIEB HEINECCIVS *l. c. lib. III. tit. VIII. §. CCLXXXVIII. Praeter iudicia illa principum vel comitum, per vicos et pagos ius dicentium, neceſſario fuiſſe oportere* MAIVS ALIQVOD IVDICIVM, *vbi maioris momenti lites fuerint deciſae, et veroſimile eſt, id fieri conſueuiſſe* IN CONCILIIS POPVLI, *immo non eſſe abſurdum, opinari, per adpellationem etiam a iudicio principis adſeſſorumque eius cauſſas* AD IDEM CONCILIVM *deuolui potuiſſe.*

## §. XV.

Hiſce prolatis eo magis tribuo conſenſum, quo magis certo certiſſimum, Germanis ſuprema fuiſſe iudicia conuentus iſtos, in quibus res altioris indaginis praeſentibus popularibus decidebantur. Qui vmquam in antiquitates patrias, ea qua decet, induſtria inquiſiuit, credo, fore, vt nihil aliud quidquam de conſultationibus populorum Germaniae particularibus ante Caroli M. regimen frequentiſſimis ſtatuere audebit. In his enim creabantur reges, principes atque comites, nec caremus exemplis, vbi laudatas perſonas iterum dignitate ſua priuatas fuiſſe, legimus. Nam quod praeprimis notandum, eum mereri titulum errantis, qui ſibi perſuadere cuperet, regiam poteſtatem antiquiſſimis temporibus fuiſſe illimitatam; ſane talismodi opiniones notorie pugnarent cum omni fide hiſtorica, qua docemur ſupremum Teutonum iudicium fuiſſe modo dicta placita, ideoque multo minus dubitandum, quin

partes

partes grauatae a regibus quoque reſtricta poteſtate praeditis prouocare valuerint ad comitia gentis ipſius, quae in PROCESSV SAXONICO ſub denominatione DES RICHTSTEIGS *art. XLIX.* vocantur *die hogeſte Dingſtad* Conf. Dni PRAESIDIS *comment. de comitiis veterum Germanorum antiquis Part. I. cap. X. §. CLIX. et CLXIV. ſeq.*

# CAP. II.

## DE QVALITATE ADPELLATIONIS SEQVIORIS AETATIS IN GERMANIA ALIISQVE PROVINCIIS.

### SYNOPSIS.

§. *XVI.* BOEHMERI *adfertur ſententia de diſcrimine iuris romani et germanici quod ad adpellationem.*

§. *XVII. Definitio adpellationis communicatur.*

§. *XVIII. Quid denotent loquutiones: Ein Orteil vinden.*

§. *XIX. Blaspbemare ſententiam.*

§. *XX. Ein Orteil ſchelden.*

§. *XXI. Ein Orteil widerſprechen.*

§. *XXII. Ein Orteil ſtraffen.*

§. *XXIII. Ein Orteil wiederwerfen et wiederreden, exponitur.*

§. *XXIV. et XXV. Num Germani per ſaltum circa adpellationem proſiluerint? disquiritur.*

§. *XXVI. XVII. et XXVIII. Quibusnam erat permiſſum prouocatione uti, nec ne? examinatur.*

§. *XXIX. XXX. et XXXI. Per duella ſeu iudicia Dei maiores, ſe eſſe per ſententiam latam grauatos, declarare fuerunt ſolliciti.*

§. *XXXII. et XXXIII. In concertationum locum poſtea ſurrogatum eſt iusiurandum.*

§. *XXXIV. Suſpecti de periurio non admittebantur ad iuramenti praeſtationem.*

§. *XXXV. Num procuratores talismodi iusiurandum in ſuam conſtituentisque animam iurare queant? proponitur.*

§. *XXXVI. Explanatur, quomodo adpellantes obſtricti fuerint, adpellatis per idoneum cautionem ſufficientem conſtituere ſecuritatem.*

§. *XXXVII. Nec ademtam fuiſſe adpellatis facultatem opponendi exceptiones*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169659-p0013-0

*ceptiones contra adpellationem, recenſetur.*

§. *XXXVIII. et XXXIX. Vtrum prouocationes viua voce, an vero in ſcriptis ſint interponendae? vlterius deducitur.*

§. *XL. Agitur de prouocationibus iudicialibus et extraiudicialibus.*

§. *XLI. XLII. et XLIII. De cauſſis ciuilibus et criminalibus mouetur quaeſtio, num in iis promiſcua fuerit adpellatio?*

§. *XLIV. XLV. et XLVI. Vſus prouocationum in feudalibus explanatur.*

§. *XLVII. et XLVIII. Item in eccleſiaſticis.*

§. *XLIX. Ab inferioribus iudicibus ad ſuperiores fuiſſe prouocatum, docetur.*

§. *L. Immo ad reges.*

§. *LI. In Germania antiquitus non licuit ſubditos vnius prouinciae extra illam euocare, ideoque nec ad imperatorem alibi commorantem adpellationem dirigere.*

§. *LII. Ob denegatam vero iuſtitiam talia committere, non erat interdictum.*

§. *LIII. Exemplum de prouocatione ad imperatorem ſub adnexis conditionibus exhibetur.*

§. *LIV. E contrario aliud iterum ſuppeditatur, quo docemur, exſtitiſſe quoque prouincias, quarum ordinationes abſolutam recipiunt prohibitionem, ne quis ad imperatorem et cameram prouocare audeat.*

§. *LV. Mentio facta eſt formulae: für das Reich ziehen.*

§. *LVI. Adpellationem inſtituendam eſſe a ſententia grauatoria, explanatur.*

## §. XVI.

DISCRIMINA inter iura romana et germanica quod ad adpellationem depingere curauit GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMER *in diſſ. de prouocationibus iuris germanici cap. I. §. IV.* fuſe demonſtrans, in iis vtraque conuenire iura, cuique ius ſuum denegari partim per ſententiam iniquam, partim per legibus manifeſto aduerſam et ipſo iure nullam. In eo vero mores et leges recenſitarum gentium diſcrepare, allegat, quod Germani vtramque omni auctoritate deſtitutam iudicarint, quum Romani nullas quidem reſcindere curarint ipſo iure, minime vero iniquas, quas decendio munitas conſeruare ſtuduerint, quorum principia de reli-

reliquisſent Teutones, ſententiis iniuſtis, iniquis et plane nullis nullas tribuentes vires rei iudicatae, eo maiorem vero iuſte latis nulliſque propter ea impugnationibus obnoxiis. Aſt, quoniam mihi non eſt animus, commentandi de differentiis iuris romani et germanici circa adpellationem, ideo conſultius agam, ſi cuiuslibet propriae committo meditationi, iudicandi de iis, quae protulit BOEHMERVS l. c.

## §. XVII.

Miſſis itaque Romanorum principiis, vlterius adgredior maiorum noſtrorum inſtituta de adpellatione recepta, ſub qua intellexerunt *prouocationem a quodam litigante ob grauamen ſibi illatum per ſententiam iudicis inferioris debito tempore interpoſitam, et in proxime ſuperiore inſtantia introductam, ea lege, vt ſententia coram praecedente inſtantia lata ab omni purgetur grauamine.*

## §. XVIII.

Quemadmodum vero cuilibet ſcientiae proprii inſunt termini artis, ita, nec talibus hic carere, firmiſſime ſumus perſuaſi. Nam quod praemonendum eſſe cenſeo, pronunciationem *ſententiam ferre* exprimere ſolent Teutones per linguam vernaculam: *Ein Orteil vinden,* quam formulam paſſim in legibus et ordinationibus Germanorum proceſſualibus obuenire, luculenter patebit, quando conſulere velimus codicem membranaceum haut exigui pretii, quem bibliotheca Salana publica inſtructiſſima inter reliqua poſſidet MScta, de SPECVLO SAXONICO *lib. II. art. XII.* in quo ſaepiſſime fit mentio laudatae formulae, (§. V.) ſimulque declaratur, cui talia non ſint permiſſa, et quomodo iudici non lice-

ret, ſibi ſententias ferre deque iis adpellare ſecundum ipſiſſima verba IVRIS PROVINCIALIS SAXONICI *lib. III. art. XXX. Der richter ſal gleich richt' ſein allen luten.* ORTEIL *en ſal* HER NICHT VINDEN NOCH SCHELDEN.

## §. XIX.

E contrario nec deſtituimur variis denominationibus, quibus vtebantur maiores, dum impugnarunt ſententias grauantes. Quo absque dubio pertinet loquutio: *blaſphemare ſententiam.* Conf. LEGES LANGOBARDORVM *lib. II. tit. LII. §. XXIII.* et CAPITVLARE SECVNDVM *de anno DCCCV. cap. 8. De clamatoribus vel cauſidicis, qui nec iudicium Scabiniorum adquieſcere nec* BLASPHEMARE *volunt, antiqua conſuetudo ſeruetur, id eſt, vt in cuſtodia reclaudantur donec vnum e duobus faciant. Et ſi ad palatium pro hac re reclamauerint, et literas detulerint, non quidem eis credatur, nec tamen in carcere ponantur; ſed cum cuſtodia et cum ipſis litteris pariter ad palatium noſtrum remittantur, et ibi diſcutiantur ſicut dignum eſt.*

## §. XX.

Nimis frequens porro loquutio *ſchelden,* * adpellationem ſeu prouocationem denotans occurrit. Clare id monſtrat codex membranaceus bibliothecae Ienenſis SPECVLI SAXONICI *lib. I. art. XVIII. Dez dritte iſt daz man kein orteil ſo recht vor dem gerichte in ſachſen en vindet. wil es ein ſachſe* SCHELDEN *vn czuhet ſich etc.* Conf. Ill. IO. RVDOLPHVS ENGAV *in Elem. iur. germ. lib. IV. tit. XII. ſect. II. §. CXLII.*

* De voce recenſita, quantum ſcio, optimas reliquit lucubrationes GEORGIVS MELCHIOR DE LVDOLFF *variarum obſeruationum forenſium*

*renſium P. III. obſ. CCXCII. pag. 419. ſeq.* cuius verbis integris vti, non ero culpandus. SCHELDEN, inquit, *deriuatur a voce* SCHVLD, *cuius contrarium eſt* VNSCHVLD. *Veteres codices habent vocem* SCHELDEN *non vero* SCHELTEN, *niſi forte in perſona tertia peraeſentis temporis ſcribatur contracte* ER SCHILT *pro* SCHILDET. *Scriptio durior* SCHELTEN *recentiori tempore fuit introducta. Teſtis eſt Codex antiquiſſimus des Sachſen-Spiegels manuſcriptus Seculo XIII. qui aſſeruatur Lipſiae in bibliotheca Paulina vid.* GAERTNER *in praefat. ad ſpec. Saxon. §. 10. num. 1. et in codice Quedlinburgenſi. Vtrumque edidit* GAERTNERVS anno 1732. *Conuenit etiam codex Auguſtanus, quem edidit* LVDOVICI anno 1720. *In omnibus reperitur vox* SCHELDEN *non vero* SCHELTEN. *Sedes materiae* VON VRTHEL SCHELDEN *eſt in* SPECVLO SAX. *lib. 2. art. 12. et occurrit phraſis haec ſaepiſſime, neque aliud indicat quam accuſare ſententiam ob iniquitatem per viam appellationis etc.*

## §. XXI.

Praeter iamiam prolatas dictiones nec infrequens fuit verbum *widerſprechen*, cui certo certius nullam aliam tribuere valemus ſignificationem, quam talem, qualem vox *Schelden* comprehendit. (§. XX.) Exacte id cognoſcimus ex verbis Speculi Sueuici, inprimis ex IO. AVGVSTI BERGERI *collatione codicis iuris Alamannici tam prouincialis quam feudalis* nouam mododicti Speculi editionem exhibente *cap. CXXXIII. p. m. 491. Man ſol alſo ſprechen ſo er aim ain* VRTAIL *well* WIDERSPRECHEN *haiſſeſt du N. oder piſt tu N. ſo haſt meinem herrn vnd dem deinen ain vnrechtew vrtail funden in lehenrecht die verwärff ich vnd tzeuch ſey da ich ſy tze recht hin tziehen ſol. etc.*

## §. XXII.

Nec ſilent iura patria ordinationesque prouinciales de voce *Straffen*, quam iuris teutonici periti haut inepte de prouocationibus ad proxime ſuperiorem inſtantiam interpretantur. Ita IVS FEVDALE SAXO-

NICVM *cap. LXX.* ſequentia hic collineantia tradidit: *wer des Heerſchildes nit hat, der mag niemandts* VRTEIL STRAFFEN, *der den heerſchilt hat etc.* Nec alia protulit VOCABVLARIVS ad finem Speculi Saxonici adiectus, cuius verba recenſet GEORGIVS MELCHIOR DE LVDOLFF *variarum obſeruationum forenſium P. III. obſ. CCXCII. pag. 425.* VRTHEL STRAFEN *heiſt, ſich von einem unrechten Vrtheil* BERVFFEN, *und* APPELLIREN.

## §. XXIII.

Numerum harum loquutionum iterum augent prouocationes, quas ſub adpellatione *widerwerfen* * non ignoramus. Veſtigia deſuper deprehendimus in SPECVLO SVEVICO *cap. CVI.* apud IO. AVGVSTVM BERGERVM *in collatione iuris Alamannici tam prouincialis quam feudalis pag. 154. Vnd iſt das man ain* VRTAIL WIDERWIRFET *die ſol man tziehen an den höhern Richter vnd tze jungeſt für den chünig etc.* et *cap. CVIII. pag. 158.* dicitur: *wir haiſſen das beſcholten vrtail wer alſo ſpricht: Ich* WIDERWIRF DIE VRTAIL *wann ſy ſind vnrecht vnd ich wil ſy dahin tziehen da ich ſey tze recht hin tziehen ſol. etc.*

* De voce *widerreden* conf. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI *diſſ. de prouocationibus iuris germanici cap. I. §. II. pag. 7. not. d.*

## §. XXIV.

Quibus praelibatis, iam videndum, num Germani ab vna inſtantia ad alteram proſiluerint, an ipſis placuerint modi prouocandi per ſaltum? Poſterius, quum defendere auderem, profecto explanationes meae de adpellationibus aperte pugnarent cum primis iurispru-

den-

dentiae patriae proceſſualibus principiis, vnde non mirandum, cur priori inhaerere ſtudeo theſi, quam ſequentibus probo exemplis. SPECVLVM SAXONICVM *lib. II. art. XII.* non incongrue ea de re praebet teſtimonium verbis: *Schilt ein man ein orteil daz ſal her zcihen an den* HOESTEN RICHTER *vn zculezt vor den* KONNING. (§. XXIII.)

## §. XXV.

Nec alia ſentiunt iura ſtatutaria, multo potius normam praeſcribunt, quomodo circa prouocationes rite mouendas ſit procedendum. Talia legiſſe recordor in iure municipali ciuitatis Lubecenſis, cuius jura localia ita diſpoſuerunt *lib. V. tit. X.* vt 1) iis in ciuitatibus, in quibus ius Lubecenſe receptum, pars grauata a iudice inferiore adeat ſenatum dictae vrbis, et accedente confirmatione prioris ſententiae a iudice ſecundae inſtantiae 2) ad ſenatum Lubecenſem et 3) ad Imperatorem vel cameram imperialem ſaluis tamen priuilegiis ciuitatis Lubecenſis.

* Plura addere poſſem loca, ex quibus prolata legitime demonſtrantur; aſt breuitatis, ne ſim immemor, ea de re ſaltim commendo IVS FEVDALE SAXONICVM *cap. LXX.* CAPITVLARIA REGVM FRANCORVM *lib. V. cap. CCCCIV.* ADDITIO IV. *cap. XXIX.* et BOEHMERI *diſſ. de prouocationibus iuris germanici cap. I. §. VI. lit. m. ſeq.*

## §. XXVI.

Non omnibus autem licuiſſe adpellatione vti, ſed inhabiles et plane inidoneos poena quadam adfectos fuiſſe, luculentiſſime nos edocent verba DES RICHTSTEIGS *art. XLVIII.* ex codice membranaceo bibliotecae Salanae deſumta: *So vrage darnach ab yemand dem orteil geſcheldin moge her en ſey dir denn* EBENBORTIG *So vint*

*man*

*man her en moge vt: ⁝. li: ij. ar: XII. c. iij. Iſt dir denn der nicht* EBENBORTIG *So vrage was ſeyne broche ſint So vint man her ſulle dem richter wettin vnde ieme ſyne buſe gebin So vrage was ſein gewette ſey ſo vint man* SECHZCIG SCHILLINGE *vt: ⁝. li: iij. ar: LXI. c. iiij. So vrage iener was ſyne buſe ſey So vint man XXX.* SCHILLINGE *vt: ⁝. li: iij. ar: XLIII. c: ij. Biſtu ym aber* EBENBORTIG *ſo vrage ab her dir den ſtul icht rümen ſulle,* * *daz vint man her ſulle.*

* Vir Ill. IO. RVDOLPHVS ENGAV *in Elem. iur. germ. lib. II. tit. XII. ſect. II.* ritus Scabinum de ſcamno deturbandi non incongrue adpellauit ridiculos, quod etiam ſatis ſuperque adparet ex verbis ſequentibus ſuperadditis mododicti proceſſus Saxonici: *Als du dich denn* GESATZT *haſt ſo ſprich herre her richter dis iſt vnrecht vnde wil is vulkomen alz ich zcurechte ſal etc.*

## §. XXVII.

Eadem fere protulit IVS FEVDALE SAXONICVM *art. LXX.*, in quo fuſe declaratur, cuinam ſuadendum, vt ab omni abſtineat prouocatione, aut, ſi ab illius vſu plane non repelleretur, alteri ſecuritatem ope cautionis praeſtare non recuſet, quoties poſſeſſionatus ad quantitatem concurrentem determinatam non deprehendatur: *Wer des* HEERSCHILDES NIT HAT, *der mag* NIEMANDTS VRTEIL STRAFFEN, *der den* HERRSCHILT HAT. *Wer eine* HALBE HVFF *oder* 5. SCHILLING *jerlichs zins von ſeim Herren hat, der mag wol* VRTEIL SCHELTEN, *vnd gezeug ſein binnen Lehenrecht, wer des nicht hat, ſchilt er ein vrteil, er mus* BÜRGEN SETZEN, *das er mit recht volkommen wöl, oder das vrteil mit buſs vnd mit gewet laſſen, Sein bürg mus aber niemandt ſein binnen Lehenrecht, er ſey denn belehent von dem Herrn.*

## §. XXVIII.

§. XXVIII.

E contrario cuilibet erat permiſſum, prouocationibus vti, modo quod ad ſuam perſonam ea non deſtituebatur habilitate, qualem leges deſideraſſe memini. Satis hoc docent verba SPECVLI SAXONICI *lib. II. art. XII.* ſequentia ex ſupra laudato codice membranaceo: *By Koniges banne mus* ICZLICH MAN *ober den andern wol orteil vinden vnde* ORTEIL SCHELDEN *der* VVLKOMEN *iſt an* SYME RECHTIN *vmme alſo getane ſache dy man ane Konniges ban gerichten mag. etc.*

§. XXIX.

Quibus praeſuppoſitis, nunc operae pretium eſſe duxi, adcurate demonſtrare, quomodo maiores noſtri admodum fuere ſolliciti, a ſententiis grauantibus ſeſe liberare intra tempora ſtata, ne praeiudicium quoddam illis exinde emergeret. Quod et iſtos ſine dubio mouit, vt exacte in ſententias, earum contenta, inprimis vero in illarum grauamina ſecundum partium allegationem inquirere haut neglexerint. Iudicia Dei, quae ſumma cum veneratione colebant, hanc ob cauſſam adhibere non dubitarunt, quorum auxilio religioſe adſeuerare ſtudebant, ſententiam latam continere grauamina ipſis pernicioſiſſima. Corroborare dicta ſua adlaborarunt mediantibus certaminibus et duellis in Germania, antequam pax publica Wormatienſis anno 1495. a Maximiliano I. imp. erat ſtabilita, et per cameram imperialem propterea erectam conſeruata, haut inuſitatis. Clare id animadvertimus ex loco quodam SPECVLI SAXONICI *lib. I. art. XVIII. Daz dritte iſt daz man kein orteil ſo recht vor dem gerichte in ſachſen en vindet.*

*det. wil es ein ſachſe* SCHELDEN *vnn czuhet ſich aes an ſeine vordere hant vnde an dy meiſte menige. vnde* WIDERVICHTET ER DAZ ORTEIL SELB SIBENDE. *was dy menige* GESIGET *der behelt daz orteil. darczu behilden ſi alle yre alden recht. wo es wedir den altenliche ee vnn wedir den glauben nicht enwaz.*

## §. XXX.

Nec aliis deſtitutus ſum probationibus, quibus adductam theſin vlterius explanari poſſe, firmiter mihi perſuadeo. Fuſius, prout mihi videtur, tales occurrunt illuſtrationes in SPECVLO SAXONICO *lib. II. art. XII.* SCHILDET *ein ſachſe ein* ORTEIL *vnde zcucht hers an ſyne vordere hant vnde an dy meren menynge. her mus darumbe* VECHTEN SELB SYBENDE *wedir* ANDERE SYBENE *ſyner genozzen. wor dy mere menige* SEGEVECHTET. *der behelt daz orteil Iczlich vorſiget man wettet dem richtere vnde gibit dem buſe der uf yn* GEVOCHTIN *hat vmme ein* BESCHVLDEN ORTEIL *en mus man* NIRGEN VECHTIN *dan vor dem riche etc.* *

* Eadem legi in IVRE WEICHBILDICO *cap. XXV.* SCHILT *ein man ein* ORTEIL *zcu ſachſin ym lande vnde wil her ſich des an das riche zciben vnde zcucht her des an ſyne vordere hant vnde an dy meiſte menige dar her das* ORTEIL GESCHVLDEN *hat her mus darumb* VETTIN SELB SYBENDE *wider* ANDERE SYBENE *ſyner genoſſen wor dy mere menige* SEGEVECHTIT *der behelt das orteil.*

## §. XXXI.

Optime, ſi probanda vlterius perſcrutari licet, prolata declarauit proceſſus Saxonicus nomine DES RICHTSTEIGS *art. XLIX. Wil her abir her* SCHILT *es vor dem riche vnde zcucht ſichs wedir an ſyne vordere*

hant

*hant vnde vrage denn nach deme daz er ein ſachſe ſey ab her vor dem riche icht ſulle ſechſiſch recht behaldn daz vint man vt: ;. li. iij. ar: XXXIII. So vrage nach deme daz ym dar ein vnrecht uff ſechſiſch art gevunden ſey des her ſich an ſyne vordere hant zcihen wil wy her daz zcurechte widerſtehin ſulle So vint man her ſulle* SELB SYBENDE WEDIR ANDER SYBENE VECHTIN *vt: ;. li. I. art: XVIII. et li. ij. art: XII. c. VIII. wilcher dirs abir ſwachin So vrage nach deme daz her dirs noch vnrecht vint durch den aldin has ab her dirs icht mit* KAMPHE BEWISEN *ſulle daz vint man vt: ;. li: ij. art. XII. c. ij.*

## §. XXXII.

Aſt, quum laudata iudicia Dei aliaque plura ſuperſtitioſa media iuſtiſſimis ex cauſſis ſuccedente aetate pro incertis et fallibilibus iudicarentur, aliud quid receptum animaduerti, cuius auxilio gentes ſummique imperantes obuiam ire ſtuduerunt friuolis adpellationibus. Ne igitur tales maximo cum damno partium litigantium nimis repeterentur: Ideo ſapientiſſime quibusdam in locis prouiſum, vt quilibet ad prouocationem a prima ad vlteriores inſtantias ſe conuertens veritatem ſuorum grauaminum per iuriſiurandi praeſtationem legitime deducat. Aperte hoc comprobauit REFORMATIO CIVITATIS NORIMBERGENSIS *editionis Peypuſianae zehendt Tittel zehendt Geſetz: vnn ſo aber der parthey eine dauon Appelliert auß redlichen vnd mercklichen vrſachen ſie dazu bewegende, die zu ſeynen zeiten fürzupringen, vnd* MIT IREM EYDE *behielt, das ſie ſœllicher beſchwerung halb vnd nit zu geuerlichen verzug der ſach, die fürgenomen hab etc.*

## §. XXXIII.

In eadem REFORMATIONE l. c. *zwelfft geſetz* itidem diſpoſitum: *So ſoll der Richter abermals achtung haben, daß ein yeder Appellant, wo der von eyner vrteyl Appellirn will, vormals vnd* EHE ER APPELLIRT *ſchuldig iſt, den* EYDE *vnnd Caucion vor einem Rate zethun vnd zuolfüren etc.* Nec minus iam dictis ſunt adnumeranda verba *der* REVIDIRTEN LÜBECKISCHEN NIEDER-GERICHTS-ORDNVNG *§. XIV. Ehe dann einige Appellatio ad Senatum loßgegeben wird, ſol das appellirende Theil von neüer Weitläufftigkeit vorher abgemahnet werden. Da das nicht zureicht, ſol der Appellant, nach geſtalten Sachen, das* IVRAMENTVM APPELLATORIVM* *auf der Gerichtſtuben, jedoch ſalua ſupplicatione ad Senatum, vorher abzuſtatten, und die Appellation gebürlich zu belegen etc.*

* Formula iuriſiurandi ab adpellante ad declinandas omnes fraudes contra ipſum enatas dicenda in STATVTIS CIVITATIS LVBECENSIS *lib. V. tit. X.* ita exhibita legitur: *Ich gelobe und ſchwere, daß ich von eines Erbahrn Rahts geſprochener Urtheil nicht gefährlich, oder meiner Wiederpartey Gerechtigkeit zu verhindern appellire, und nicht anders wiße oder verſtehe, denn das ich eine gute gerechte Sache habe, und mir nach Satzung der Rechte nötig ſey, meine Gerechtigkeit zu beſchirmen, und weiter Recht zu ſuchen, daß ich auch derſelben Appellation* (wofern ich mich mit meinem Gegentheil nicht vertragen würde) *in geſatzter Zeit der Rechten nach meinem beſten Vermögen wil nachfolgen, ohn gefährde.* Rurſus et aliam iuramenti formulam circa adpellationes introductam ſilentio praeterire nequeo. Inueni iſtam *in der* REVIDIRTEN LAND-GERICHTS-ORDNVNG Regis Daniae Chriſtiani IV. *P. IV. tit. II. §. I.* ſequentem in modum comparatam: *Ihr werdet ſchweren einen Eyd zu Gott und auf ſein heiliges Evangelium, daß ihr gäntzlich glaubet und dafür haltet, daß euch appellirens Noth ſey, und daß ihr ſolche Appellation nicht freventlich, noch zu Auffhalt oder Verlängerung der Sachen thut, daß ihr auch alle ewre Güter, ſo ihr im Fürſtenthumb beſitzet, hiemit obligirt haben, oder in Mangel derſelben ſonſt gnugſame Caution oder Ver-*

ſiche-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169659-p0024-1

*ſicherunge mit Bürgen oder Pfändern, für Proſequirung deren eingeworffenen Appellation, thun wollet, auff dem Fall ihr in Rechten verluſtig werdet, Koſten oder Schaden zu vergnügen, und zu entrichten, alles getrewlich und ungefährlich.*

## §. XXXIV.

Quae, quamuis ita ſint, haut tamen ignoro, quibusdam in locis ad praecauenda periuria ſaluberrime eſſe diſpoſitum, vt iudices, antequam iusiurandum adpellationis reuera praeſtetur ab adpellante, inprimis inquirant, num is, qui remedio talismodi deuolutiuo vti cupit, friuole prouocare et contra omnem conſcientiae ſtimulum nullisque ſufficientibus grauaminibus inſtructus iurare velit? Quod, ſi animaduerteret, quaedam iura localia, quantum ſcio, diſpoſuerunt, vt adpellantes praecluderentur a iuramentorum depoſitionibus, quemadmodum legisſe recordor in REFORMATIONE CIVITATIS NORIMBERGENSIS *zehendt Tittel drit geſetz: zu Handthabung des glawbens gemeyner handtierung vnd geuerdt, meyneydt, unn freuel Appellacion, Souerr vnd müglich iſt zu fürkommen, wo dann einich parthey durch iren widerteyl mit ir ſelbs bekantnuß, oder gnugſamer weyſung, oder dermaß, das nit zweyfels darinn beſteet, vberwunden wirt, darauff dann Rechtlich entſchiedt oder vrteyl ſich ergründen vnd außgeen, Alſo, das eynnich* VOLLIGE BESCHWERVNG *darinn nit erſcheynt noch vermerckt oder verſtanden mag werden, ſœnder vermutet wirdt, das dieſelb verrecht parthey zu* VERLENGVNG RECHTLICHS AVSSTRAGS, *vnn gebührlicher außrichtigung vnd volziehung, des, darinn ſie Condemniert iſt, ſich zu appellieren, vnn den* EYDE *deßhalb* ZVLEYSTNN *vnderſteet, Vnd ſo dann die vrteyler oder aber ein Rate ſœllichs der-*

*dermaßen geſtalt vnd gelegen zeſein erfinden, So ſein ſie hinfür nit ſchuldig dieſelben* FREVELN APPELLIERENDEN PARTHEY MIT IREM TÜRSTIGEN VNN VERLICHEN EYDE ZVZELASSENN, *ſœnder ſie ſollen der widerparthey nichts deſtminder verrer verhelffen zu iren perſonen oder gütern, ſo vil vnd Recht iſt. Auch ſolle nyemandt zu eynicher Appellacion noch zu eynichen Eyde derhalb zugelaſſen werden in ſachen Rechtlicher Execucion vnd volziehung, Es würde dann ſcheinperlich fürpracht, das die maß vnn ordnung der Execucion nit gehaltenn, ſœnder mercklich überfaren were worden etc.*

## §. XXXV.

Non incongrue autem diſquiritur: Num procurator ſit admittendus ad iuramentum adpellationis? Arfirmantem potentiſſimus Rex Daniæ Chriſtianus IV. adprobauit *in der* REVIDIRTEN LAND-GERICHTS-ORDNVNG *P. IV. tit. II. §. II. et III.* adiecta tamen limitatione, vt procurator a principali rite conſtitutus non ſolum ſpeciale exhibeat mandatum ad hanc cauſſam ſpecifice directum, ſed etiam tam in ſuam quam in principalis animam iuret. Similia continet REFORMATIO CIVITATIS NORIMBERGENSIS *zehendt Titel ander geſetz: So yemandt ſeinen Anwalt alhie vor gericht vnd Recht ſtellet oder gepraucht, vnd wo dann der Anwalt* SEINEN EYDT *vnn verpflicht fürfallender Beſchwerde vnnd* APPELLACION *halb in* SEINSELBS SEEL *zethun nit vermeynt, ſo mag er ſich anfangs mit* SOVIL GEWALTS VERSEHENN, *damit er denſelbnn* EYDE IN DIE SEEL DES, DER IN GESETZT *hat, leiſtnn mög, vnn wo er aber dermaß nit verſorgt wirdt, vnn im doch das Recht erlawbt, von wegen ſeiner anwaltſchafft zu appellieren,*

Sed his miſſis, iam mihi incumberet, vt adcurate demonſtrem, quomodo interpoſitio in iudiciis ſit peragenda, num viua voce, an vero per ſchedulam adpellationis? Sed, quum ſupra mentionem fecerim (§. XXXVIII. et XXXIX.) de officiis adpellantis, ideo, ne absque ratione in tautologias inciderem, hic ſubſiſto. Conf. *des freyen* KAYSERL. LAND-GERICHTS *in Ober- und Nieder-Schwaben* ORDNVNG *dritter Theil tit. XII.* (§. LXX.)

### §. LXIX.

Ne autem ſilentio plane praeteream interpoſitionem extraiudicialem, qua maiores circa adpellationem fuere vſi, cuiusque inueſtigationem ſpecialem antea ſum pollicitus; (§. XL.) Hanc ob rem me conuerto ad

prouocationem coram notario et teſtibus factam. Quod hic modus procedendi non ſit reprobatus, cognoſcere licebit *aus des Hochlöbl. Stifts Würtzburg und des Hertzogthums Francken* KAYSERL. LAND-GERICHTS-ORDNVNG *P. II. Tit. II. §. X. Wenn die Appellation nicht vor dem Richter, ſondern vor* NOTARIEN *und* ZEVGEN *geſchehen, ſo ſolle gleichergeſtalt auf eben die Zeit geſehen werden, welche der Richter prioris inſtantiae dem appellanten zu Anbringung ſeiner Appellation gegeben.*

## §. LXX.

Elegantiſſime id quoque declarauit *des freyen* KAYSERL. LAND-GERICHTS *in Ober- und Nieder-Schwaben* ORDNVNG *dritter Theil tit. XII. Wie, in welcher Zeit, und von welchen Urtheln aber von dem Land-Gericht appelliret werden ſoll, iſt, zu wiſsen, wo einer durch End- oder Bey-Urthel ſo krafft einer End-Urthel hätte, ietzt oder obgehörter maßen ſich beſchwert befunde, mag er in continenti und im Fußſtapffen mündlich, oder aber innerhalb zehn Tagen, von Zeit, der ausgeſprochenen Urthel anzurechnen, vor* EINEM NOTARIO *unnd* ZWEYEN GEZEVGEN, *ſonderlich was die Bey-Urtheln berühret mit Einverleibung dem Inſtrumento Appellationis aller und ieder Beſchwerden, des er dem Iudici a quo, üblichen Gebrauch nach, durch* NOTARI *und* GEZEVGEN *zu intimiren ſchuldig ſeyn ſolle, damit nicht allein derſelbe Ihn nach befundener Geſtaltſame der Sachen und alten Herkommen nach, Zeit, die Appellationes anhängig zu machen und deſſen Schein aufzuweiſen, zu beſtimmen und anzuſetzen, ſondern auch ihme ſchrifftlichen Receß ſolcher Urthel, wie, und auf was Zeit und Iahr die ergangen, unter der Kayſerl. Land-Gerichts Inſiegel mitzutheilen, und gebührenden Beſcheid zu geben wiße, für und an das Fürſtl. Ober-*

*Oeſterreichiſche Cammer-Gericht, wie vermeldet, appelliren und ſich beruffen.*

## §. LXXI.

Praeterea *in der reuidirten* LAND-GERICHTS-ORDNVNG Regis Daniae Chriſtiani IV. *P. I. tit. IV. §. XXII. et XXIII.* prouocantis arbitrio vnice committitur, vtrum adpellationem in iudicio, an vero coram Notario et teſtibus interponere velit: Verba ibi definita ſequentis ſunt commatis: *Vnd ſtehet iñ des Appellanten gefallen, ob er ſeinen Appellation-Zettel in* OFFENEM GERICHT *übergeben, oder für* NOTARIEN *und* ZEVGEN *ſolche Appellation thun etc.*

## §. LXXII.

Sed his non contentus, haut incongrue inquiro in iudicia, a quibus vel plane non vel ſub certis ſaltim limitationibus prouocare licet. Antequam vero iſtam adgredior tractationem, non inique faciam, ſi diſtincte allegare ſtudeo, quomodo priuilegium de non adpellando a priuilegio de non euocando ſit diſcernendum. De poſteriore ſic commentatus eſt b. BVRCARD. GOTTH. STRVVIVS *in corpore iuris publici cap. XXV. §. L. Ab hoc diſtinctum,* inquit, *eſt* PRIVILEGIVM DE NON EVOCANDO, *quod hunc effectum habet, vt ex territorio ſtatuum tali modo priuilegiatorum horum ſubditi in prima inſtantia, ad imperii tribunalia euocari non poſſint, ſed coram magiſtratu ſuo ordinario in quibuscunque cauſſis conueniri. Gaudent hoc priuilegio Electores ſinguli. Deinde Auſtriae Archi-Duces ex Caroli IV. priuilegio de anno 1366.* Conf. ORDINATIO PROVINCIALIS *Bauariae ſuperioris tit. VIII. p. m. 165.*

§. LXXIII.

§. LXXIII.

Ne autem alterius priuilegii de non adpellando ſim immemor, iam indicandum erit, quibusnam illius vſus proprie competat? Exempla, quae adducere fas erit, quaeque legitimis demonſtrari queunt dilucidationibus, facili modo ex variis cognoſcuntur ordinationibus. Tale, vbi adpellatio abſolute interdicta, inueniſſe recordor *in des freyen* KAYSERL. LAND-GERICHTS *in Ober- und Nieder-Schwaben*-ORDNVNG *dritten Theil tit. XII. Der Punct der Appellationen ſtehet allein einem Land-Richter, und gar mit nichten den Urthelsſprecher Land-Gerichts zu, der ſoll auch keine Appellation an das* KAYSERL. CAMMER-GERICHT, *ſondern allein vor einen* REGIERENDEN ERTZ-HERTZOGEN *zu* OESTERREICH *und deſſelben* FÜRSTL. CAMMER-GERICHT *gen Ynſpruck, als nechſten und Immediatum Lands-Fürſten, und des freyen Land-Gerichts in Schwaben Ober-Richter von gemeinen Rechten, Gebrauchs und des Hauß Oeſterreichs ſonderlichen wohl hergebrachten Freyheiten, Kayſerl. Erklärungen, Verordnungen und Gebotten wegen, dahin auch ſolche Appellationes und ſonſt an kein Ort gehörig, remittiren und weiſen.* Qui contra facere audebat, iudici prouinciali erat injunctum, vt adpellanti non ſolum acta, ſed etiam apoſtolos denegaret, immo ad implorationem adpellati antecedente citatione contra adpellantem vlterius ſecundum naturam proceſſus procedere haut deſinat. (§. LIV.)

§. LXXIV.

Secundum quid vero gaudent priuilegio de non adpellando nonnulla loca, qualia denominantur *in der* REVIDIRTEN LAND-GERICHTS-ORDNVNG Regis Daniae Chriſtiani IV. *P. I. tit. IV. §. V.* ibi dicitur: Non

eſſe

eſſe permiſſum quibusdam in caſibus prouocandi a quatuor ciuitatibus * ad iudicium prouinciale e. g. in ſubſelliis eccleſiaſticis, cauſſis aedilitiis etc. Priuilegia mododictarum ciuitatum in Holſatia auxerunt Fridericus II. Rex Daniae, Ioannes et Adolphus hereditarii Norwegiae Duces Slesuicenſes anno 1568. non permittentes prouocationes. I.) In cauſſis CC. marcas valoris Lubecenſis non excedentibus. II.) In debitis liquidis ex inſtrumentis guarentigiatis. III.) In causſis iniuriarum et IV.) in cauſſis aedificia quatuor ciuitatum concernentibus. Porro ex priuilegiis imperatorum, quatenus non concedendum ſit a iudicio prouinciali Holſatiae ad Cameram imperialem prouocandi, ſatis elucet veritas adſertorum meorum. Si enim conſulimus priuilegium Maximiliani II. imp. de anno 1570., tunc animaduertimus, adpellationem a iudiciis Holſatiae ad ſummum tribunal imperii Cameram imperialem pro illicita eſſe declaratam. I.) Si ſumma ſortis non excederet quingentos aureos Rhenanos. II.) In debitis liquidis cuiuscumque ſummae etiam maioris et III.) In cauſſis iniuriarum, ſi ciuiliter ad aeſtimationem ageretur, quae quingentorum aureorum quantitatem non ſuperaret. Quibus non obſeruatis, omnis adpellatio pro nulla atque inepta habetur, praetereaque poena centum marcarum auri puri in contrauenientes ſtatuitur. Vlterius progreſſus eſt imp. Matthias implorationi Regis Daniae Chriſtiani IV. beniuolas praebens aures in causſa priuilegii de non adpellando a iudicio prouinciali Holſatiæ ad Cameram. I.) Si ſumma infra M. aureos deprehenderetur. II.) In debitis liquidis, licet quantitas dictos M. aureos excederet; et III.) in cauſſis iniuriarum,

riarum, quando ciuiliter ad aeſtimationem infra M. aureos ageretur.

* In ſupra memorata ORDINATIONE IVDICII PROVINCIALIS *l. c.* §. *II.* exprimuntur nomina quatuor ciuitatum priuilegio de non adpellando ſecundum quid donatarum, prout verba illius ordinationis ea de re nos docent: *Mit der Appellation an die vier Städte als* KIEL, RENDESBVRG, ITZEHOE, *und* OLDESCHLOE, *und dero gericht, ſoll es voriger Begnadung auch gleichfœrmig gehalten werden, Und weil an ſolche* VIER STAEDTE *in dem Fürſtenthumb Schleſswig, die Städte* Tundern und Burg auff Fehmarn, *in dem Fürſtenthum Holſtein aber*, Crempe, Wilſter, Segeberg, Heiligenhauen, Newſtadt, Oldenburg, Lütckenburg, *ihre Appellationes, als iudicium ſecundae inſtantiae interponiren, hat es bey ſelbigem Herkommen, inskünfftig ſein verbleiben.*

## §. LXXV.

Quod etiam nec deſint caſus, intuitu quorum ſub poena eſt interdictum, ſe ad Cameram imperialem per modum adpellationis conuertere, nullus dubito. (§. LXXIV.) Exemplum elegans deprehendimus in domo Auſtriaca, ſecundum cuius ordinationem prouincialem abſolute prohibetur, ne quis in huiusmodi terris ob grauamina ſibi per ſententiam iudicum inferiorum illata progredi audeat ad Imperatorem, Regem Romanum aut Cameram imperialem ſub poena M. marcarum auri puri, ſed potius adeat iudicium camerale Auſtriacum, ibique exſpectet remotionem grauaminum. Conf. b. BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS *in corpore Iuris publici cap. XXV.* §. *XLV.* (§. LIV.) E contrario nec iterum caremus caſibus, quibus euenientibus adpellatio ad Cameram certo ad minimum reſpectu eſt licita. (§. LXXIV.)

## §. LXXVI.

Quatenus vero Electoribus et principibus competat priuilegium de non adpellando vel limitatum vel

 illimi-

illimitatum, diſcimus ex AVREA BVLLA *tit. XI. §. IV. et V.* et ſcriptoribus fide dignis, qui ex profeſſo de hac immunitate ſunt commentati. Aſt, quoniam in iure publico themati praeſenti ſufficienter eſt ſatisfactum, non video, cur dictis inhaerere amplius debeam. Conf. PETRVS DE LVDEWIG *in comment. ad A. B. P. II. p. 31. ſeq.* MVLLERVS *Ann. Sax.* ad an. 1559. et BVRCARDVS GOTTHELFF STRVVIVS *in corpore iuris publici cap. XXV. §. XLV. ſeq.* *

* Quae priuilegia de non appellando, quamuis fundamento non careant, nihilominus tamen in caſu nullitatis vel denegatae et protractae iuſtitiae locum non habere, cognoſcimus ex AVREA BVLLA *tit. XI. §. IV.* Conf. GEORGII LVDOVICI BOEHMERI *diſſ. de prouocationibus iuris germanici cap. II. §. V.*

## §. LXXVII.

Summae quoque haut raro determinantur, infra quas prouocationes a iudice a quo ad iudicem ad quem non tolerari, nunc erit explicandum. Illuſtrationem ſubiungit IVS SVSATENSE ſeu vti alias vocari ſolet DEY SCHRAE DER STADT SOIST *num. XVI.* in quo ſequentia legi verba: *Vortmer, alle Ordel, de by eines Burgermeſters und Raid by ſynen Tyden wyſen, vnd wey ein* ORDEL SCHELDET VNDER X. SCHILLINGE, *ſall dem Raide* GEVEN III. SCHILLINGE, *und man ſall ken Ordel brengen, vor dem Raide, denn mit einem Schyne, und man ſall de Ordel, de gewiſet werden, in ein egen Boick teken, und düſſen vurg: Artickel mit dem Ordel wiſen binnen Iairs, will de Raid annemen tho verſoiken.*

## §. LXXVIII.

Deinde quantitatem adpellabilem etiam exprimunt iura in Holſatia recepta, in quantum progrediendum

ad iudicium prouinciale. (§. LXXIV.) Nec deſtituimur ſumma, quam indiſtincte requirit Camera imperialis, ſi vmquam effectum tribuere velimus prouocationi.

## §. LXXIX.

In huius ſummi tribunalis ORDINATIONE *P. II. tit. XXVIII. §. IV.* mentio facta eſt quinquaginta florenorum, cui s numerus tamen ſucceſſu temporis ita auctus, vt ſecundum R. I. NOVISS. *§. CXII.* quadringentis opus ſit imperialibus. Cauendum vero, vt nobis perſuadeamus, ac ſi maior quantitas quibusdam in locis circa introducendam adpellationem in Camera haut deſideraretur. Contrarium ſtatim eluceſcit *aus der* REVIDIRTEN LANDGERICHTS-ORDNVNG Regis Daniae Chriſtiani IV. *P. IV. tit. I. §. I.* iuxta quam adpellatio ad Cameram imperialem pro inadmiſſibili declaratur, niſi ſumma excedat numerum M. aureorum. (§. LXXIV.)

## §. LXXX.

Quod autem adtinet noſtri remedii deuolutiui interpoſitionem, quo tempore illa ſit peragenda; Ideo ſciendum, antiquitus, prout ex IVRE PROVINCIALI SAXONICO *lib. II. art. VI.* adparet, eam in continenti fieri debuiſſe, alias ſententia publicata nanciſcebatur vires rei iudicatae et legem faciebat inter partes. Aſt recentiora iura longe aliud ea de re diſponere, probo *aus des Hochlöblichen Stifts-Würtzburg und des Hertzogthums Francken* KAYSERL. LANDGERICHTS-ORDNVNG *P. II. tit. XXXIII.* quae ordinatio loquitur de fatali non prorogabili exacte obſeruando et a momento publicatae ſententiae computando, quam diſpoſitionem

ex iure communi eſſe deriuandam, ipſiſſima verba adhibita nos docent.

## §. LXXXI.

Cui termino in totum adſtipulatur REFORMATIO CIVITATIS NORIMBERGENSIS *zehendt Tittel erſt Geſetz: von vnderredlicher vrteyl das die durch den Richter mag widerrüfft werden, vnn ſo die partheyen in* ZEHEN TAGEN *davon nit Appellieren ſo gewinnet ſie irenhalb die* KRAFFT *eyner* BERECHTEN SACH (§. XXXV.) Eadem repetuntur *in dem zehenden Geſetz: So zwiſchen partheyen Entliche vrteil außgeen, und dauon nit Appelliert wird in* ZEHEN TAGEN *nach gerichtlicher irer öffnung den nechſten, ſo empfecht ſie vnnd hat die krafft einer berechtnn ſachnn.* (§. XXXIX.) Conf. pluribus *die reuidirte* LANDGERICHTS-ORDNVNG Regis Daniae Chriſtiani IV. *P. I. tit. IV. §. XXI.* (§. LXXXII.)

## §. LXXXII.

Quum vero is, qui adpellatione vti cupit, eo reſpicere teneatur, vt grauaminibus rite fundatis ſit inſtructus, idcirco non inutiliter disquiritur, quonam tempore iſta ſint proponenda coram iudice a quo ſeu prioris inſtantiae. Locum quod ad hunc paſſum inueni *in der* ORDNVNG DES SVMMARISCHEN SEE-GERICHTS PROCESSVS *der Stadt Lübeck* de anno 1655. huius tenoris: *Würde aber jemand, da die Klag oder Haupt-Sach über ein tauſend Marck Lübiſch außtrüge, appelliren wollen, ſol ſolcher Appellant ſchuldig ſeyn, innerhalb zehen tagen ſeine Appellation dem praeſidirenden Syndico dieſes See-Gerichts, oder, in deſſen Abweſen demnechſt ihm in Gericht ſitzenden Rathsverwandten, anzudeüten, Auch* ZVGLEICH ALLE SEINE GRAVAMINA *vorzubringen, Und, wofern*

*ſolche Grauamina im Raht alſo beſchaffen befunden, daß der Appellation deferirt dieſelbe an dem erſten Ober-Gerichts-Tage zu proſequiren und fortzuſtellen, oder die Appellation ſol* (wofern ihm vom Ober-Gericht mit Urthel und Recht keine dilatio gegeben) *für deſert geachtet, und das See-Gericht befugt ſeyn, ſeine Urthel zu exequiren.*

## §. LXXXIII.

Illi, qui debito tempore adpellationem interponere neglexerant, fatale decendii non prorogabile parum obſeruantes, pati tenebantur, vt ſententia adquireret vires rei iudicatae legem inter partes faciens. (§. LXXXI.) Cui prolata minus placent, adeat ſolummodo *die reuidirte* LANDGERICHTS-ORDNVNG Regis Daniae Chriſtiani IV. *P. III. tit. XXVI. §. I. et II.* in qua expreſſe diſpoſitum: Vt neglecta intra decendium adpellatione interpoſita ſententia non ſolum adipiſceretur vires rei iudicatae, ſed etiam denuo lapſis ſex ſeptimanis aduerſus contumacem ad inſtantiam partis decernantur actus exſequutoriales. *

* Quod contra iſtos, qui ſententiae vires rei iudicatae adeptae non paruerant, ob contumaciam commiſſam decreta fuerit exſequutio, manifeſto declarat laudata ORDINATIO l. c. his dictis: *Und da ſelbige ſich darin ſeumig bezeigt, hat der obſiegender Theil, bey dem regierenden Herrn Unſers Mittels umb* EXECVTORIALES ANZVSVCHEN, *die ihm dann gefolget, und der vertheilten Partey, ſub* COMMINATIONE IMMISSIONIS *oder nach untergemelten Bewandnuß,* BANNI *geboten werden ſoll, der geſprochenen Urtheil innerhalb den negſten ſechs Wochen, zu gehorſamen, und folge zu thun, Auch innerhalb ſolcher Zeit Schein und Beweiß fürzubringen, daß der Urtheil gehorſambet, und gnug gethan ſey.*

## §. LXXXIV.

Partes vero iudicum quod ad adpellantes ita comparata eſſe debent, vt admonitiones dirigant ad adpellandos, quo a diffuſis abſtineant tractationibus.

(§. XXXIII.) Inprimis autem caueat magiſtratus, vt euitentur omnes protractiones ab adpellantibus forſitan committendae. Exquiſite de iudicum muneribus diſpoſuit *des freyen* KAYSERL. LAND-GERICHTS *in Ober- und Nieder-Schwaben* ORDNVNG *dritter Theil tit. XII.* quum haec exhibeat verba: *Es ſoll aber in allweeg ein* LAND-RICHTER *den* VNNOTHWENDIGEN *und* FREVENTLICHEN APPELLATIONEN, *ſo die Partheyen je zu Zeiten mehr aus* MVTHWILLEN, *und zu* AVFHALT *und* VERHINDERVNG *der Execucion geſprochener Urtheln, damit ſie etwan ihren Gegentheil, zu endlichem Verderben und Verlaſſung der Sachen, oder zu ungebührlichen Verträgen dringen, oder deſto länger in Nieſſung der Güther könien ſitzen bleiben, dann aus Nothdurfft fürnehmen,* NICHT STATT GEBEN, *ſondern auf ſolche ſein fleißiges Aufmercken haben etc.* (§. XXXIV.)

## §. LXXXV.

Quo magis itaque iudicis erat protractiones, quas adpellantes ſaepius intendebant, prohibere; Eo magis ſibimetipſi proſpiciebat, quoties adpellationes rite interpoſitas haut contemnens, alioque modo iuſtitiam protrahens, debitam impendebat diligentiam, contra faciens, non iniuſte legitimis adficiebatur poenis. Semper igitur mihi placuerunt verba EDICTI THEODORICI REGIS *n. 55.* de eodem diſponentis caſu: *Omnes appellationes* SVSCIPIANT *ii prouinciarum* IVDICES, *a quibus prouocari poteſt: quando optimae conſcientiae conueniat etiam ſuperfluam appellationem ſine dubitatione ſuſcipere, dum de appellationis merito ſacer poſſit perpenſis legibus cognitor iudicare. Quod ſi iudex ſua abſentia procurauit, ne appellatorios libellos accipiat: in locis celeberrimis,*

*qui appellare voluerit, libellum de abſentia iudicis de ſua appellatione habere debere cenſemus. Iudex autem, qui aut ſuſcipere appellationem contempſerit, aut certe in cuſtodiam dederit, aut verberauerit, aut aliquo diſpendio laeſerit appellantem,* DECEM LIBRARVM AVRI AMISSIONE FERIATVR, *quas fiſci compendiis cura ſacri cognitoris praecipimus aggregari; officium quoque, cuius intereſt, mulctae legitimae ſubiacebit.*

## §. LXXXVI.

E contrario iudici quandoque licebat reiicere adpellationem interpoſitam. Clare id monſtrat *die reuidirte* LÜBECKISCHE OBER-GERICHTS-ORDNVNG *in adpendice vom Nieder-Gaſt und Appellation-Gericht de anno 1631. §. X.* Cuius verba recenſere, fas erit: *In Appellation-Sachen, da vergeblich oder boßhafft, wie auch, da von ſchlechten interlocutoriis, ſo der Haupt-Sach nicht praeiudiciren, ingleichen von Pfandt-Einweldigung und andern Execution-Proceſſen, wann modus executionis dabey nicht excedirt wird. Item, da auf klare Handſchrifft, und ohnläugbare beſtändige Urkunde, oder in Poſſeſſorio momentaneo geſprochen, appellirt werden wolte, Sollen die Herren den* APPELLATIONIBVS NICHT DEFERIREN. (§. LXXIV.)

## §. LXXXVII.

Iudici quoque non erat imputandum, ſi adpellationes friuolas non ſolum reprobare, ſed etiam in cauſſa ipſa absque metu poenae procedere ſtudebat. Exacte, prout firmiter ſum perſuaſus, ea de re legimus expoſitionem in REFORMATIONE CIVITATIS NORIMBERGENSIS *zehendt Tittel zwelfft geſetz.*

§. LXXXVIII.

## §. LXXXVIII.

Facta interpoſitione interuenienteque receptione adpellationis intuitu iudicis a quo ſequebatur apoſtolorum ſeu libellorum dimiſſoriorum petitio. Hanc in Germania non omitti, deducitur *aus des Hochlöblichen Stiffts Würtzburg und des Hertzogthums Francken* KAYSERL. LANDGERICHTS-ORDNVNG *P. II. tit. XXXIII. §. VII. et XXXIV. §. I.* *

* Pleniſſimis lucubrationibus apoſtolorum petitionem examinauit REFORMATIO CIVITATIS NORIMBERGENSIS *zehendt Tittel zwelfft geſetz.* Contenta huius pronunciationis merentur, ut loquutiones ibi deprehenſas verbotenus recenſere non dubitem. *Vnd das dem Richter in zeyt der zehen tag angezeygt vnd darauff vor jme dem Richter in gebürlicher zeit Appellirt, vnn* APPOSTEL BETE, *So ſoll der Richter dem Appellanten zeit des Rechtnn das iſt in dreyſsig tagen nach gethaner ſeiner Appellacion oder zugefügter Beſchwerde, oder ein andere nemliche zeit vnd ſtund innerhalb ſœllicher dreyſsig tagen wie jm geliebt beſtymmen vnd benennen,* APPOSTEL *vnd* ABSCHYD VON IM ZVERFORDERN *vnd* ZVBEGERN, *in mitler zeyt ſoll vnd mag ſich der Richter bey dem gericht vnd vrteylern erkundigen vnd erfarn, wie vnd was er dem Appellanten für Appoſtel gebun ſoll, wo dann der Appellant in auffgeſezter vnd beſtymbter zeyt vom Richter vor jme nicht erſchyne noch könne, Appoſtel bete vnnd begerte, ſo wer der Appellierer dardurch ſeiner Appellacion abgeſtandnn etc.* Add. *die* REVIDIRTE LANDGERICHTS-ORDNVNG Regis Daniae Chriſtiani IV. *P. III. Tit. I. §. II.*

## §. LXXXIX.

Quibus omnibus peractis, caute reſpiciendum, vt adpellatio iuſto tempore introducatur, de quo nunc disquirendum erit, quodnam ſpatium illud recipiat. Quae, quum ad prouocationum naturam et indolem exacte ſpectent, mihi iam eſt animus, pro varietate prouinciarum in earum inſtituta quod ad hanc paginam inquirendi. *In des Hochlöblichen Stiffts Würtzburg und Hertzogthums Francken* KAYSERL. LANDGERICHTS-

ORDNVNG

ORDNVNG *P. II. tit. XXXIII. §. VII. - IX.* diſponitur: Vt adpellans a tempore interpoſitae prouocationis petitosque apoſtolos, ſiue acceperit reuerentiales ſiue refutatorios ſiue nullos, intra duos menſes illam coram iudicio prouinciali proponat, emiſſionemque citationis a iudice ſecundae inſtantiae imploret. Quodſi vero iudex prioris inſtantiae breuius conceſſerit ſpatium ad introductionem, illud quoque eſſe obſeruandum, niſi tale conſtituerit, intra quod omnia ab adpellante tractari nequeant, quae vmquam ad legitimam prouocationis introductionem pertineant, quo facto, adeundum eſſe iudicium prouinciale cum imploratione vlterioris dilationis, a quo duo menſes minime vero plures porrigi poſſent. (§. LXX.)

## §. XC.

Deinde, quantum ſcio, REFORMATIO CIVITATIS NORIMBERGENSIS *zehendt Tittel fünfft geſetz* diſpoſuit de termino, quem magiſtratus primae inſtantiae pro qualitate perſonarum et cauſſarum determinauit, quo neglecto prouocatio deſerta declaratur. Quum igitur hoc in caſu multum iudicis arbitrio committatur, hinc illud quandoque limitatum fuiſſe, legi in REFORMATIONE l. c. *ſibendt geſetz: vnn ſo dann die Appellierent parthey derſelben jrer Appellacion in* AVFGESETZTER ZEIT *vom Richter, oder wo vom Richter keyn zeyt ernennt würde, in* IARS FRIST *mit irer einlegung mit tagſatzung des obern Richters nit nachkompt etc.* Add. REFORMATIO l. c. *zwelfft geſetz.*

## §. XCI.

Iterum experientia nos docet, ſeriem dierum quod ad introductionem adpellationis admodum eſſe diuer-

 ſam.

ſam. Sic *die reuidirte* LÜBECKISCHE NIEDER-GERICTS-ORDNVNG *§. XIV.* ordinauit: *Und folgends dieſelbe innerhalb* VIERZEHEN TAGEN *poſt dilationem einzuführen ſchuldig ſeyn etc.* E contrario *die reuidirte* LANDGERICHTS-ORDNVNG Chriſtiani IV. Regis Daniae *P. I. tit. IV.* mentionem fecit ſex ſeptimanarum, intra quas prouocatio, prout decet, introducenda venit, et *P. III. tit. I. §. II.* hic ordo praeſcribitur circa fatale introducendae adpellationis I.) vt interpoſita prouocatione de iudice a quo petantur apoſtoli reuerentiales, quibus acceptis, II.) proſequutio ita ſit inſtituenda, vt adpellans a tempore interpoſitae adpellationis intra ſex menſes ſupplicatione vtatur, exhibeat apoſtolos ſuos ſiue reuerentiales ſiue teſtimoniales, quibus formalia adpellationis confirmentur, petat citationem aduerſarii et compulſoriales ad iudicem prioris inſtantiae.

## §. XCII.

Ad diſcutienda prouocantium grauamina coram iudice ſuperiore opus eſt actis prioris inſtantiae. Qua de re pars grauata ſollicitus eſſe debet, vt ea ſolutis ſportulis rite tradantur. (§. XCIII.) Ne autem manca exhibeantur, inquirendum, num omnes partium poſitiones fuerint inſertae? Quibus praeſentibus, petat a iudice priore actorum integrorum conceſſionem, quo cum libello adpellationis iſta iudici alterius inſtantiae communicari queant. Conf. *des Stiffts Würtzburg und Hertzogthums Francken* KAYSERL. LANDGERICTS-ORDNVNG *P. II. tit. XXXV. §. I. ſeq.* et REFORMATIO CIVITATIS NORIMBERGENSIS *zehendt Tittel neundt geſetz.* *

* Clare

* Clare de iis verba fecit laudata REFORMATIO l. c. *eylfft geſetz* ſimul exprimens poenam in contranitentes huius ordinationis: *Der ſoll ſchuldig ſein nach gethaner ſeiner Appellacion oder zugefügter beſchwerde in gericht oder vor den gerichtſchreibern in dreyen wochen den nechſtnn darnach die* GERICHTS-ACTA *So er ſich in Appellacion ſachenn vermeint zu gebrauchnn zu* ERFORDERN, *Vnd welicher das in obgemelter zeyt nit thet, der ſoll zu* PEEN *verfallen ſein* FÜNFF PFVNDT NOVI *dem gericht unableſſig zubezalen.*

## §. XCIII.

Quibus ſubſequutis poſt implorationem grauati inhibitoriales et compulſoriales nec obliuiſcebantur, quibus iudici priori iniungebatur, vt ab omnibus abſtineat attentatis. Optime dicta enucleauit *des freyen* KAYSERL. LANDGERICHTS *in Ober- und Nieder-Schwaben Ordnung dritter Theil tit. XII. Wann dann ſolche Appellationes von End- und Bey-Urtheln, ſo krafft einer End-Urthel, jetzt angezeigter maßen fœrmlich beſchehen, und dem* LAND-RICHTER *in gebührender und angeſetzter zeit von dem Ober-Oeſterreichiſchen Cammer-Gericht* INHIBITION *und* COMPVLSORIALES *durch Notari und Teſtes, üblichen Gebrauch nach, inſinuirt werden, ſoll derſelbe alſsdann* STILL ZV STEHEN, *und in der Sache* NICHT FERNER ZVVOLLFAHREN, *auch die Acta, doch auf gebührende Belohnung, dem appellirenden Theil folgen zu laſſen verbunden ſeyn.* *

* Qui plura legere cupit, adeat REFORMATIONEM CIVITATIS NORIMBERGENSIS *zehendt Tittel neundt und zwelfft Geſetz, die reuidirte* LANDGERICHTS-ORDNVNG Chriſtiani IV. Regis Daniae *P. I. tit. II. §. X. et P. III. tit. I. §. II. etc.*

## §. XCIV.

Quodſi vero adpellans debito tempore neque acta a magiſtratu priore tradenda exigeret, neque compul-

ſoriales contra hunc adipiſci ſtuderet, pati tenebatur, vt iudex primae inſtantiae litem continuando decerneret exſequutionem, ne protrahantur lites ab adpellantibus. Demonſtrare id mihi licebit *aus des freyen* KAYSERL. LAND-GERICHTS *in Ober- und Nieder Schwaben* ORDNVNG *dritter Theil tit. XII. Zu begebenden Fall aber, wie ſich bey dieſem Land-Gericht vielfæltig zu Gefahr der Appellaten, und um Verlängerung des Rechten willens zugetragen, daß die Appellanten bey dem Fürſtl. Ober-Oeſterreichiſchen Cammer-Gericht allein Inhibitiones extrahiren, und in der im Rechten beſtimmten zeit der dreyßig Tägen, von der Appellation anzurechnen, einige gebührende* COMPVLSORIALES *außziehen, noch krafft derſelben die* ACTA REQVIRIREN *und erfordern laſſen, ſo ſoll einem jeden Land-Richter bey Verſließung der Fatalien, mit der* EXECVTION *oder ſonſten in Rechten fürzufahren, auf des Appellaten Anſuchen unbenommen ſeyn.*

## §. XCV.

E contrario iudex ſecundae inſtantiae legitime introducta adpellatione citationes ad adpellatum emittere ſolet ad vlteriorem cauſſae cognitionem inſtituendam. Themati huic ſatisfacit *die reuidirte* LANDGERICHTS-ORDNVNG Chriſtiani IV. Regis Daniae *P. I. tit. II. §. X. Darauff wollen wir dem Appellanten* CITATION *an den* APPELLATEN MITTHEILEN *laſſen, auch einen Zwangbrieff an die Untergericht, dem Appellanten die Verzeichniß, was in den Untergerichten für- und eingebracht, folgen zu laſſen, und wollen denn zu Unſerer Gelegenheit, ſolche Sachen, neben Unſern Rähten* VERHÖREN, *oder verhören laſſen, und darin* ERKENNEN *was recht, dabey es endlich bleiben ſoll.* *

* Non

* Non alia continet IVS PROVINCIALE DITHMARSENSE *art. XV. Wannehr dörch den Vaget und Räde de Ordel eröpnet, und einigen Deel nicht daran genögen wörde, edder ock, dat beyde Deel ein jeder van einem beſondern Punct in ſo dahner Ordel tho appelleren vornehmen, So ſchal yt einem yderen freyſtahn nach geſprackener Ordel deſülve tho ſchelden, und ſick an Uns thoperopen. §. I. Worup Wy tho erſter Gelegenheit* BEYDE PARTEN CITEREN, *und de Sacke dorch Unſerer Räde verhören lathen willen, dorch welcke de Ordel reformeret, edder ock nah befinding beſtediget und tho exequeren an den Vaget und ſyne Räde wedderumme gewyſet werden ſchölen.*

## §. XCVI.

Caueat autem quilibet, vt proterue et abſque cauſſa ſufficiente non vtatur adpellatione. Admonitiones paſſim propterea latas fuiſſe probo ex ORDINATIONE PROVINCIALI *palatinatus electoralis in Bauaria ſuperiore tit. VIII. num. V. pag. 171. ſeq. Wie auch vnſern* VNTERTHANEN *mit* ERNST ZV VNTERSAGEN *vnnd einzubinden, ſich gäntzlich zu enthalten, ihre Supplicationes und klagen, vns, oder bey vnſerer Cantzley, fürzubringen, ohne der Amptleut ihnen den Unterthanen, auff ihr Anſuchen vnd Bitten, keineswegs verwaigern, abſchlagen, oder vorſetzlichen verlängern oder auffziehen ſollen.*

## §. XCVII.

Qui alia ſentit, friuolasque eligit prouocationes, certo certius incurrit punitiones eam ob rem definitas, quoties adparet, adpellantem ſua prouocatione in ſecunda inſtantia obtinuiſſe. Ita iura vetuſtiora non ſilent de poenis temere adpellantium, prout mihi videtur, quando recurrimus ad proceſſum Saxonicum nomine *des* RICHTSTEIGS *art. XLIX. So vrage waz ſeyne* BROCHE *ſint So vint man her ſulle dem* RICHTER WETTEN *vnde ſyne* WIDERSACHIN BVSE GEBIN *vnde des* RICHTERS KOSTE *gelden* (§. XCVIII.) *vt: ſ. li: ij. ar: XII. C. V. So vrage denn waz ſein gewette ſey So vint man des* MARCGREVEN GEWETTE *adir der an ſyner ſtat ſitzet daz ſint* XXX. SCHILLINGE *vt: ſ. li: iij. ar: LVI. c. ult. So vrage was dy* BVSE *ſey ſo vynt man eyme* GVTER HANDE MANN XXX. SCHILLINGE *vnd eyme* GEMINE XV. SCHILLINGE *vt: ſ. li: iij. art: XLIV. c. ij.* Conf. IVS WEICHBILDICVM SAXONICVM *cap. XXII.* *

* Pariter

* Pariter IVS SVSATENSE ita diſpoſuit in ſanctionibus ſuis particularibus: *Vortmer, ſo wey ein Ordell dat in dem Gerichte gewiſet is, vor ein ander Gerichte vit der Stadt ſcheldet, de ſall dem* RAIDE WEDDEN TEIN MARCK *und ein* VODER WINS. *Vortmer, ſo wey ein Ordel dat de Raid gewiſet hevet unmekert, und des* VERWVNNEN WERT, *de ſall* WEDDEN *dem Raide ein* HALFF PVNT. Add. GEORGII MELCHIORIS DE LVDOLFF *variarum obſeruationum forenſium P. III. obſ. CCXCII. pag. 420. ſeq.*

## §. XCVIII.

Poenis eorum, qui absque probabili cauſſa litigant, adnumeranda quoque eſt reſtitutio impenſarum a iudice in iter nuntiorum ablegatorum factarum. (§. LXII. ſeq.) Ad hanc temere prouocans compellebatur, ſi pronuntiatio contra eum in ſuperioribus inſtantiis erat ventilata. Vnicum, vt ſaltim adducam argumentum, illud recipit SPECVLVM SVEVICVM *edit. Berger. cap. CVI. pag. 154. ſeq. Vnd der die vrtail widerwarf hat ſy der nicht* VOLFÜHRT *vor dem chünig er mus dem Richter gelten* SEIN CHOST *die er getan hat mit den poten etc.* vid. *der* RICHTSTEIG *art. XLIX.*

## §. XCIX.

Finis prouocantium a ſententiis grauantibus absque dubio eo redit, vt non ſolum has a viribus rei iudicatae detineant, ſed etiam vlteriorem cauſſae dubiae litigioſae examinationem penes ſuperiorem promoueant, ea lege, vt grauamen corrigatur, quo fuere onerati coram iudice inferiore, ipſaque lis iuſtiore finiatur deciſione.

## §. C.

Quibus exacte obſeruatis, ſequitur quoque effectus ſperatus e taliſmodi iuſtis ex cauſſis ſuſcepta adpellatione, et prout mihi perſuadeo, correctio grauaminis vni alteriue parti litigantium illati. (§. XCV. *)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169659-p0067-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169659-p0068-7

ULB Halle 3
005 360 803

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169659-p0069-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169659-p0070-6

Pra. 17. num. 5.
1746,8
21

DISSERTATIO IVRIS GERMANICI

DE

# NATVRA ET INDOLE REMEDII DEVOLVTIVI ADPELLATIONIS IN GERMANIA ALIISQVE PROVINCIIS

QVAM

*AVSPICIIS DIVINIS*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
ERNESTO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQVA
D. IMPERAT. AVG. SVMMO TOTIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTO AC LEGIONIS EQVESTRIS ITEMQVE PEDESTRIS TRIBVNO

CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

*PRAESIDE*

IOANNE IACOBO SORBER
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE

AD D. II. NOV. CIↃIↃCC XXXXVI.

ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

*AVCTOR*

CHRISTOPHORVS LVDOVICVS BEPLER
WETZLARIENSIS.

IENAE EX OFFICINA RITTERIANA.

KOENIGL. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169659-p0071-2